Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ego scio quia amplius non uidebitis faciem meam.
Vos autem omnes per quos transiui predicans regnum di.
Quia per contestor uos hodierna die. Quia mundus
sum a sanguine omnium uestrum. Non enim subterfugi
quo minus adnunciarem omne consilium di uobis.
Adtendite uobis et uniuerso gregi. in quo uos
spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam di quam
adquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabit
post discessionem meam lupi graues in uos non
parcentes gregi. sed et ex uobis ipsis exsurgent uiri
loquentes peuersa ut abducant discipulos post
se. Propter quod uigilate memoria retinentes.
Quoniam per triennium nocte et die non cessaui cum lacri
mis monens unum quemque uestrum. Et nunc
commendo uos deo et uerbo gratiae ipsius. Qui po
tens est edificare et dare hereditatem in sanctificatis
omnibus. Argenti aut auri aut uestem nullius
concupiui. Ipsi scitis. Quoniam ad ea quae mihi opus
erant et his qui mecum sunt. ministrauerunt manus
istae. Omnia ostendi uobis quoniam sic laborantes oportet
suscipere infirmos ac meminisse uerbi domini iesu.
Quoniam ipse dixit. beatius est dare magis quam accipere.
Et cum haec dixisset. positis genibus cum omnibus
illis orauit. Magnus autem fletus factus est omnium.
Et incumbentes super collum pauli. osculabantur eum.
dolentes maxime. In uerbo quod dixerat quoniam am
plius faciem eius non essent uisuri. et deducebant
eum ad nauem. Cum autem factum esset ut na
uigaremus. abstracti abeis recto cursu uenimus
chyprum. Et sequenti die rodum. Et inde
patharam. Et cum inuenissemus nauem trans
fretantem in penicen. Ascendentes naugaium.
Cum apparuissemus autem cypriorum. relinquentes eam
ad sinistram. Naugaium in syriam. et uenimus

chou!

.xvi.